der seinen willen auch zu halten nicht gemeint
seyn. Thun es also zu E. Churfürstl. G. ferner
resolution unterthänigst heimbstellen, was
sie fürnehmen, der rathsamb ermessen
werden, und auf den bejahenden fall würde
hierinnen der Sachen beförderung nach, da-
mit er D. Pacius nicht vergeblich in suspenso ge-
halten werde, darauf sich ihrem gnädigsten ge-
fallen nach ein concept begriffen, und für-
tes ad transcribendum herein fertigen lassen,
Das E. Churfürstl. G. wir unterthänigklich
unvermeldet lassen sollen, dieselbe zu Göttlichen
protection und uns dero zu gnaden befehlend.
Datum Heidelberg den 3. Octobris A° 1598.

E. Churfürstl. G.

Unterthänigst gehorsame

Statthalter, Vice Cantzler
und andere Verordnete Räthe.

Fridericus etc.

Salutem.

Etsi plane persuasum habuimus, D. Julium Pacium,
cujus opera sicuti ex proximis nostris literis abun-
de intellexistis, Academia nostra Heidelbergensis
hoc tempore unice indiget, quem tot studiosi variis ex
provinciis undique convenientes tantopere desiderant,
nosque ipsi legitime accersitum singulis hora momen-
tis expectavimus, in nulla futurum mora; prae-
ter tamen omnem opinionem nostram e
tabellario isthuc misso intelleximus et ipsius Pacii
literis certiores facti sumus, nullo respectu no-
stri atque excusationum suarum habito, cum uxore
cum tota familia et suppellectili non solum invita

retinere, sed lite etiam implicare in animum
induxisse. Nobis sanè nunquam in mentem
venit, ejusmodi aliquid committere, unde in cu-
jusquam incurrere suspicionem meritò posse-
mus, hominem cui fas non sit à vobis discedere
aut vobiscum permanendi cupidum, vel vestra operâ
facilè carere posse, neque importunis expetere voluisse,
id quod nec vos sponte de nobis suspicaturos, nec
aliunde vobis passuros esse persuaderi, certo no-
bis pollicendum putamus, praesertim cum majo-
res nostri, quantoperè ipsis divinae veritatis
propagatio cura semper fuerit, variis modis, inter
quos scholarum apertio haud postremum locum
obtinet, satis notum atque testatum reliquerint.
Verùm enimverò cum neque nos ipsi, neque Academi-
a nostrâ ullum certum atque firmum deprehende-
re indicium hactenus potuerimus, D. Paulum ita
vobis obstrictum esse ac mancipatum, ut nun-
quam isthinc discedere integrum illi fuerit,
id quod ipse constanter hactenus negavit, haud mi-
rum videri debet, quod quam sibi reservavit
libertatem, eripi nolit. His ita se habentibus,
denuò à vobis nunc peramanter petimus, ne illi
sive juris praetextu sive facto atque arresto ulte-
rius impedimento sitis, quin potius omnia ei
objecta hactenus obstacula quam primùm removenda
curetis, discedentem juvetis, atque hac ratione quod
nobis gratificandi studium de vobis omninò pol-
liciti sumus, re ipsa comprobetis. Facilè enim pro
vestra prudentia perspicere potestis, quid emo-
lumenti Scholae vestrae sperandum imposte-
rum ab eo sit, cujus animus aliò fertur, et quod
facit non sponte et alacriter, sed invitus et co-

actus fuit. Si illum, quod nos toties petimus, etiam
ipse cupit bonâ vestra cum gratia dimiseritis, faciliq[ue]
fierit ipso etiam annitente ejus in locum alium inve-
nire Rectorem idoneum, praetereaq[ue] absentis etiam
operâ et consilio minus carebitis. Quod si feceri-
tis, facturos autem certo speramus, non vulgarem
ad nostram erga vos et Rempublicam vestram bene-
volentiam accessionem factam operam dabimus
ut experiamini Data 7. 8bris 1598.
Ad Consules, Senatum et magistratus
Nemausensis Reipub.

326)

D. Vorstio Clariss. D. Pareus.

Salutem

Cogitatio illius, quod verissimè dixit Poëta: — jam adfuit supra.

cf No 304

Curando fieri quaedam pejora videmus
Vulnera, quae melius non tetigisse fuit.

nec non acerbitas doloris, quem tuae et ad me et ad — Cur non responderit.
amicos scriptae literae mihi inflixerunt, tanto gravi-
orem, quanto te propter praeclaras dotes tuas etiam
vi[illegible] ingeniiq[ue], et magis promovere studui, mi Cla-
rissime D. Vorsti, effecit, fateor, ut nec ad tuas superi-
ores responderim, nec etiam ad postremas respondere
animum induxerim, sed silentio potius oblitterare et dolorem
meum concoquere cogitaverim: nisi et tot obtestationes tuae,
et D. Holstenii preces mihi responsum quasi extorsissent.
Utinam vero de levissima, ut tu vocas, quaestione dissensio esset!
Sanè ipse iniquissimos pronunciarem, qui te dissentientem
non ferrent. At magis magisq[ue] ostendis ipse, non de levis-
sima quaestione, sed de fundamentis religionis nostrae: non
de quaestione una, sed de universa fide nostra controver-
siam abs te moveri. Utinam illa jam vix occultis rumoribus
de Socinismo tuo calumnia vana, ut tu vocas, esset, et non
jam omnes propè fratres metuere cogerentur illud;